QUODVULTDEUS. MARBODUS REDONENSIS. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. AUGUSTINUS
Ende 12. Jh. Seite 123v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36565
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

non habetis necessitatem ut quis doceat uos. sed ipsa unctio docet uos
de omnibus. Hoc autem sic recordari uos certus sum. sicut exposuimus uo
bis. quia nos quasi forinsecus loquimur ad aures uestras. tanquam si operarii
adhibentes culturam. forinsecus ad arborem. si incrementum dare non possu
mus. nec fructum formare. Ille autem qui uos creauit. et redemit. et uoca
uit per fidem spiritum suum. habitans in uobis. nisi loquatur in uobis intus. sine cau
sa perstrepunt. Vnde hoc apparet. Quia cum multi audiunt non omnibus uniuersi
persuadent quod dicunt. sed illi solis. quibus intus loquitur dominus. Illis autem uniuersi lo
quuntur. quia ei locum prebent. illi autem locum diabolo prebent. quia diabolo locum non pre
bent. Habitare enim uult diabolus in cordibus hominum. et loqui ibi om
nia que ualent ad seductionem. Sed quid ait dominus ihesus. Princeps huius mun
di. missus est foras. Vnde missus est. Numquid extra celum et terram. Nunquid ex
tra fabricam mundi. Sed extra corda credentium. foras missus inuasore habi
tet redemptor. quia ipse est qui redemit. et diabolus iam forinsecus pugnat. non
uincit illum quia intus possidet. Forinsecus autem obpugnat immittendo uarias
temptationes. sed ille non esse intus. cum dominus intus loquitur. et unctio quam audistis.
Et uerax est inquit et de unctio. idem ipse spiritus dei qui docet homines. mentiri non
potest. et non est mendax. sed sicut docuit uos permanete in ipso. et nunc manete
in ipso. Et nunc manete filioli mei. ut cum manifestatus fuerit habeamus fidu
ciam in conspectu eius. ut non confundamur abeo in aduentu eius. Videtis fratres. credidi
mus in hominem. quem non uidemus. adnunciauerunt eum qui uiderunt. quia contrectaue
runt. quia uerbum exore ipsius audierunt. et ut hoc persuaderent generi humano.
ab illo missi sunt. non a se ipsi ire ausi sunt. Et quia missi sunt. dubitauerunt cum euangelium le
gerent. Ite predicate euangelium uniuerse creature. que sub celo est. Vbique quia
discipuli missi sunt. ad testantibus signis et prodigiis ut crederent illis. quia ea dice
bant que uiderant. Et credidimus meum quem non uidemus. et uenturum expecta
mus. Qui cumque illum fide expectant. cum uenerit gaudebunt. Qui uero si
ne fide sunt. cum uenerit quem nunc non uident erubescent. et confusio illa non erit
unum diem. et transiet. sed quorum solent confundi qui inuenuntur in aliqua
culpa. et ex insultatione ab hominibus. Confusio illa traducet confusos ad sinis
tram ut audiant. ite in ignem eternum qui preparatus est diabolo et angelis eius. Quam